



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

28. An denunciatio Regularis Iudicialis correptionem Evangelicam
praexigat in publicis criminibus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

si Prælato manifestetur, quia damnum communitati vel tertio faciendum, etiam sub dubio præponderat, famæ particularis delinquentis; habet enim ipsa communitas vel tertius innocens jus, ut sibi ab imminente damno præservetur, etiamsi hoc sit cum aliqua jactura honoris alicuius nocentis. *arg: cap. qui cum de fert: & ita docet Sanch: libr: 6. Decal: cap: 18. numero 47.*

28. Quod verò attinet ad denunciatio- nem regularem publicam seu judicialem, si crimen est publicum, ita ut nulla tergiversatione cæleri possit, quod supra dictum est *num: 7. h. t. de judiciali denuncia- tione secularium*, idem hic dicendum; deferri posse immediatè ad Superiorem non servato ordine Evangelico: quia or- do præcipitur, ne proximus absq; neces- sitate diffametur, sed si publicè deliquit, jam est infamis. Ex alia parte verò omne peccatum notorium, qua tale est, ratio- ne scandali vergit in damnum publicum, in delictis autem, quæ vergūt in damnum publicum non est necessariò præmitten- da correctio. Ergò nisi aliundè ratio

aliqua obstet, deferri potest ad iudicium
criminosus publicè delinquens.

29. Videtur autem obstare 1. igno-
rantia delinquentis, vel subita eius pas-
sio: quia tunc sperari potest emendatio
per fraternam correctionem, & conse-
quenter æquum non est illum exponere
damnis, quæ ex judiciali condemnatione
sequuntur, præsertim si peccatum tale sit,
quod soli peccanti noceat & scandalum
aliis non inferat per *Loricam. 2. 2. q. 47. disp.*
47. reg. 3. n. 37. Sed nihilominus rectè in
tali casu denunciabitur si Prælati inqui-
ret, quia habet jus inquirendi & iudican-
di de publicis, ut habet *Malder. 2. 2. q. 33.*
a. 7. & colligitur ex dictis suprà *tit. 1. de in-*
quis. n. 3. 4. 5. 6. 2. videtur obstare spes
damni sufficienter reparandi, quod com-
munitati vel tertio imminet, tunc utique
præmittenda foret fraterna correctio,
quia cum denunciatio judicialis adhibea-
tur ad vitandum damnum communitatis
vel tertii, adhiberi non debet, si suaviori
modo damnum illud caveri potest: quia
imprudenter medicus adhiberet medica-
mentum acerbius, quando dulcius æquè
condu-